



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Bathildis Regina. Cura rerum sacrarum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71907)



S. BATHILDIS REGINA.

Cura rerum sacrarum.

Deus, qui mirabili tua providentia S.
BATHILDEM captivam ex Anglia in
Franciam traduxisti, & in thronum
regum exaltasti; da nobis potio-
rem curam sacris rebus impendere, & ce-
tera nobis adjicienda sperare.

Ora pro Regibus & Principibus,



BA THILDIS, claro Saxonum genere natus
 in Anglia, & à prædonibus abductus
 venditaque in Franciâ Erconwaldo Majori
 Domus regiæ, eidem sic ministravit, ut mor-
 tua conjuge uxore optaverit. Verum hunc
 illa nexum caute declinavit, majori thoro
 divinitus servata, Anno igitur 649 ad Chlo-
 dovæi II nuptias evecta, propter raras ani-
 mi corporisq; dotes, eidem tres filios pepe-
 rit, Chlotarium, Childericum & Theodori-
 cum; quorum patre defuncto, adhuc parvu-
 lorum ab an. 655 tutelam gerens, Regni &
 Ecclesiæ statui optime consuluit. Monasti-
 cam disciplinam pluribus locis reformavit,
 & in duobus prima constituit, Corbeix vi-
 ris, Kalæ virginibus; quibus ipsa sese etiam
 junxit, seculo abdicato sub an. 665; ibique
 sub Bertilæ Abbarissæ obedientia, usq; ad
 an. 687 superstes, multis viva virtutibus
 mortua miraculis claruit. Habentur hæc à
 coævo scripta; nec ita diu post exornata ab
 alio, æque Anonymo. In die cultus variant
 Fasti Romani & Gallici; nos Ecclesiam Pari-
 siensem hic sequimur. Corpus à veteri S.
 Crucis, quam struxerat, ecclesia, ad novâ S.
 Mariæ translatus fuit.

*Mulier innupta & virgo cogitat quæ Dominus
 sunt, ut sit sancta corpore & spiritu. Cor. 7.*